



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

50. Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS L.

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus Negotiis se immisceant.

Q. 1. *Qua Negotiatio Clericis & Religiosis prohibita, & quomodo?* *Resp.* 1. *Negotiatio simplex; æconomica & improprie dicta, dum venduntur res non prius emptæ, sed provenientes propriis fundis &c. vel dum emuntur res ad propriam & familiæ sustentationem, & quæ etiam superflua sunt, pretio corrente venduntur, Clericis & Religiosis non est illicita. Ratio, quia se non distrahit, nec impedit, quò minus Deo divinis vacare possint.*

Resp. 2. *Negotiatio lucrativa minus propria, dum res emuntur eo fine, ut arte, industria ac labore in aliam formam mutatæ carius vendantur, v. g. emitur lana, ut inde pannus; hordeum & lupuli, ut cerevisia inde confecta cum lacte vendatur, prohibita est Clericis & Religiosis. In mero lucri studio res emunt & per artem aut industriam alienam immutatas carius vendunt. Ratio, quia hæc negotiatio proximè accedit ad negotiationem proprie dictam, de qua *Resp.* 1. & dedecet statum Clericalem. Latius hæc habet Schmalzgr. b. à n. 17. 18. 19. quid in specie licitum sit, quid non. & n. 20. defendit, à Religiosis licite vendi pharmaca arte suâ & industriâ confecta.*

Resp. 3. *Negotiatio lucrativa proprie talis, quando res emuntur, & quoad formam suam non*

mutata vel vâldè parum mutata venduntur ca-
 ritus, v. g. vinum, frumentum, panni emuntur,
 & majori pretio distrahuntur, certò est prohibi-
 ta Clericis, ac præsertim Religiosis. *c. 9. & plurib.*
alib. dist. 88. c. fin. de vit. & honest. Cler. Clem. 1.
cod. Trid. Sess. 22. c. 1. de ref. Ratio, quia hæc ne-
 Negotiatio multò maximè dedecet statum Clerica-
 lem, nimum avocatur à rebus divinis, sapit ava-
 riciam. &c. Ubi & notandum, nomine Clerico-
 rum, quibus interdictum est negotiatione, ve-
 nite Clericos in sacris constitutos, quod nemo
 negat; constitutos etiam in Minoribus, si habe-
 ant beneficium, non verò Minoristas beneficio
 carentes; quia hi à jure non exprimentur, & licitè
 alia negotia sæcularia tractant. Nomine Religio-
 sorum hic veniunt indistinctè omnes utriusque
 sexus Religiosi, quia prohibitio præsens est fa-
 vorabilis, utpote in bonum spirituale Religio-
 num & ad vitanda peccata introducta.

Resp. 4. Prohibita est negotiatio lucrativa
 sub peccato mortali prædictis Clericis & Reli-
 giosis, quod patet ex gravitate pœnarum contra
 tales negotiatores statutarum, ut infra dicetur.
 Excusatur autem à peccato saltem gravi, qui se-
 mel aut iterum est negotiatus; quia negotiator
 non dicitur, nisi à frequentatis actibus. Item,
 qui negotiationem propriè talem exercet per
 alios totam industriam præstantes, quia ferè ces-
 sat ratio prohibitionis. &c.

*Q. 2. Quinam actus alii Clericis & Religiosis
 sunt prohibiti? Resp. 1.* Clericis sive in Majoribus,
 sive

sive in Minoribus tantum constitutis (procedit se-
 fortiori de Religiosis) prohibetur interesse
 ritativè *judicio criminali sanguinis*, adeo ut
 cus in hoc immediatè NB. & per se NB. ob
h. t. nihil omnino possit. *c. 5. & 9. h. t.* In
 cio criminali, ubi non imponitur poena, et
 mors vel mutilatio sequatur, cognoscere
 Ecclesiasticus potest. *c. 6. de pen. 2.* Prohi-
 tur Clericis & Religiosis etiam laicis, ordi-
 ciem, & dirigere milites in pugna more
c. 9. h. t. excipitur casus gravissimæ neces-
c. 2. de Immun. Eccles. nec prohibentur bello
 esse Religiosi & Clerici ad functiones suas
 obeundas aut milites in bello justo animas
 3. Prohibetur Clericis & Religiosis exercere
 artis Chirurgicæ per incisionem & adustionem
 imò & artis Medicæ; quia has artes exercent
 Etat ad negotia sæcularia, ipsis generaliter pro-
 bita. *c. 1. h. t. c. 15. de vit. & honest. Cler.* excipitur
 si hujusmodi artem erga personas pauperum
 cognatas causâ pietatis exercent, modo ab
 incisione & adustione fiat. Schmalzgr. *b. 1. n. 1.*
 4. Prohibetur Clericis & Religiosis officium
 curatoris in rebus & causis laicorum coram
 ce laico. *c. 2. & 4. h. t.* Licitum facit hoc officium
 causa pietatis. 5. Officium Vice-Domini, Can-
 larii, Præsidis Curia, Præfecti &c. Principum
 cularium absque dispensatione. *c. 5. §. 1. de
 h. t.* limitationem ponit Engel *h. t. n. 4.* &
 dum tractatio negotiorum sæcularium reducitur
 in utilitatem Ecclesiarum. 6. Officium Tabellarii

s (procedis seu Notarii publici. *c. 8. h. t.* confectum ta-
 teresse
 deo ut
 NB, ob
 h. t. In
 ocena, et
 volcere
 2. Proh
 s, ordina
 more Do
 e necess
 ur bello
 nes suas
 o anima
 is exerc
 aduflit
 exercere
 eraliter
 ler. exc
 pauper
 modo ab
 gr. h. t.
 officium
 n coram
 hoc offic
 mini, Can
 rincipi
 . y. ju
 n. 4. &
 um red
 um Tab
 ra

men à talibus Notariis instrumentum *regulariter*
 valet. arg. *c. 8. cit.* Item licitè id officii exer-
 cent Clerici in Curia Romana, & sicubi est con-
 suetudo, in Curiis Ecclesiasticis inferioribus. 7.
 Prohibetur Clericis & Religiosis studium Physi-
 cae, id est, Medicinæ, & Legum mundanarum, siue
 Juris Civilis, scil. publicè. *c. 3. & fin. §. quia verò.*
 7. Consuetudò tamen & privilegium speciale,
 cujusmodi plures Universitates habent, excusant
 Clericos & Religiosos. Imo sunt, qui illos etiam
 excusant, qui his seclusis Legibus student in or-
 dine ad melius intelligendi Jus Canonicum.

Q. 3. *Quæ pœna sint statuta in Clericos & Religio-*
fos immiscentes se negotiis secularibus? Resp. 1.
 Contra Clericos & Religiosos negotiatores sta-
 tuta est excommunicatio, scil. ferendæ sententiæ,
c. 6. h. t. suspensio ab officio & depositio à gra-
 du & Ordine Clericali, itidem sententiæ feren-
 dæ. *can. 1. caus. 14. q. 3. c. 4. h. t.* Privatio
 Immunitatis à vectigalibus & portoriis, arg.
Clem. 1. de Cens. ubi tamen discrimen faciendum
 inter res negotiationi subjectas aut per eam ac-
 quisitas, & inter res alias Clericorum proprias,
 quia, ut quoad posteriores amittant privilegium
 immunitatis, requiritur trina monitio ab Episco-
 po facta. *c. fin. de rit. & honest. Cler.* non quoad
 priores. *Clem. 3. de Cens.* Quomodo contra Cle-
 rici negotiatoris bona in commissum cadentia
 procedendum, hæbet Pichl. *h. n. 7.* Demum sta-
 tuatur in Clericos negotiatores pœna inhabilitatis
 ad

ad testandum, etiamsi alias facultatem testandi haberent, & tanquam spolia ad Camera Apostolicam pertinent ex Constit. Pii IV. Deditur edit. ann. 1560. nonis Nov. in Germania ad usum Episcopi.

Resp. 2. In Clericos & Religiosos judicium sanguinis agitantes statuta est poena excommunicationis, & privationis beneficii ac officii.

h. t. In ordinantes aciem & dirigentes militem in pugna itidem poena excommunicationis, &

caus. 20. q. 3. In exercentes artem Chirurgicam per incisionem vel adustionem, si membrum mutilatio sequatur, irregularitas, *c. 9. cit. d. 19. de homicid.* In procurantes aut admittentes negotia & res laicorum poena depositionis

Ecclesiastico ministerio seu officio, & si Sacerdotes sint, qui sublimiora Vice-Domini, Capitularii &c. munia suscipiunt, excommunicationis

c. 2. 4. 5. h. t. In exercentes officium Tabernaculi poena privationis beneficiorum, si beneficiati sint, & moniti non desistant. *c. 8. h. t. d. 1. ad conscribendas. de haret. in 6.* In audientes

publicè Medicinam aut Jus Civile excommunicationis latae sententiae. *c. 3. & fin. h. t.* Hæc tamen

intelligenda sunt de casibus, in quibus Clericis & Religiosis permixtum non est, talia exercere.

Finis III. Libri.

